

Band IX., Nr. 3464, Seite 36

*Der Kirchrektor Burkhard von Gornhofen verpfändet dem Kloster
Weißenuau seine Kirche in Gornhofen und sein Dorf Torkenweiler.*

Ravensburg, 1285. August 1–15.

Universis Christi fidelibus presens scriptum audientibus Bur[cardus]¹ rector ecclesie in Gailenhoven paratam ad obsequia voluntatem. Notitie singulorum et omnium duxi presentibus exponendum, quod venerabilis abbas et conventus Minoris Augie se ad precum mearum instantiam apud ministrum et cives in Ravensburc et in Būchorn usque ad summam triginta quinque librarum et media et quinque marcarum argenti Romane sedi pro decimationibus persolutis² ad respondendum loco mei obligarunt et ego in recompensationem peccunie prenotate ipsis proventus ecclesie mee in Gailenhoven et villam Dorencwilar cum suis pertinentiis, quam pater meus et ego una cum sorore mea nomine proprietatis possidemus, ipsius sororis mee consensu accedente duxi ad quinquennium obligandum, ut, quia de proventibus ecclesie mee propter incertitudinem vite mee securi esse non poterant, saltim ipsis ex patrimonio satisfiat. Pro cuius facti testimonio presens scriptum sigillo meo et universitatis in Ravensburc communitum ad evidens indicium duxi concedendum.

Acta sunt hec Ravensburc, presentibus Friderico ministro civitatis, Conrado Gotfrido, H. Gerstario, . . Wolfeggario et aliis quam pluribus, anno videlicet domini MCCLXXXV., intrante Augusto, XIII. indictione, cuius anni fructus Ūl. Slichtingus percepit et conventus percipiet subsequenter.

Nach dem Original.

¹Nach Weissenauer Urkunden von 1295, 1296 und 1331 war er ein Sohn Burkhardts von Ramsberg, genannt von Allerheiligenholz, Maiers des unteren Hofes und Bürgers in Kolmar.

²Die Summe stellt vermutlich den Gesamtbetrag dessen dar, was der Pfarrer in den 6 Jahren der *decimatio pro papa*, 1275-1280, zu bezahlen hatte (vgl. FREIBURGER DI-ÖZESANARCHIV: Zeitschrift des Kirchengeschichtlichen Vereins für Geschichte, christliche Kunst, Altertums- und Literaturkunde des Erzbistums Freiburg 1 (1865) - 27 (1899), N.F. 1 (1900) - 41 (1941), 3. F. 1 (1949) - [...], 1, 4). Beachtenswert ist, dass im *liber decimationis* von 1275 (a.a.O. 133) eine Angabe über gemachte Zahlungen von Gornhofen fehlt. Doch ließe sich immerhin auch daran denken, dass Burkhard als Subkollektor mit dem angegebenen Betrag im Rückstand geblieben sei.

II

An braunen Leinenfäden Siegelbruchstücke: 1) spitzoval, c. 35, 25 mm., eine sechsblättrige Rose; von der Umschrift noch YLENHO erhalten. 2) Siegel der Stadt Ravensburg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2175 (WUB, Bd. VII, S. 117).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 2901

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ravensburg

Ortsindex:

Friedrichshafen FN

Friedrichshafen Gemeinde (17846)

Gornhofen Wohnplatz (20056)

Gornhofen, Ravensburg, RV

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Torkenweiler Wohnplatz (20143)

Torkenweiler, Ravensburg, RV

Weißenu Wohnplatz (20163)

Weißenu, Ravensburg, RV